



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 22. Misniæ Marchio Cæsari indignatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



Sæcul. XV. Benedictus depositus esset. Inde ortæ  
A. C. 1417. sunt triæ, nec Castellani accesserunt Synodo usque ad decimam octavam mensis Junii diem.

## §. XXII.

*Misniæ Marchio Cæsari indignatus.*

Vonder  
 Hardt to. 4.  
 p. 1231.

Interea Imperator decima tertia Aprilis Constantiam reversus, varia negotia tam civilia, quam politica, quæ particulares Germaniæ Principes concernebant, definivit. Venerat quoque Constantiam Fridericus Misniæ Marchio ac Thuringiæ Landgravius, ut ab Imperatore fiduciaro ritu Misniam, ac nonnullas Bohemiæ urbes jure belli partas acciperet. Concessit Imperator lubenti animo Misniæ investituram, negavit tamen feuda Bohemica, eoquod frater suus esset Bohemiæ Rex, & ipsemet jure proximus hujus coronæ hæres. Hac repulsa Marchio usque adeo ira accensus est, ut Misniæ etiam investituram acceptare recusans, Constantia excederet, seque jus suum armis contra Cæsarem persecuturum comminaretur.

## §. XXIII.

*Causa Benedicti continuata.*

Idem pag.  
 1224. & 1  
 1271.

Die vigesima tertia Aprilis Synodi Patres congregantur, perlecturi accusation-